



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum diuina prouidentia disponat corpora inferiora per corpora cęlestia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

do, quo in Deo sunt, & ideo inter nomina quæ de Deo dicuntur, talis apparet differentia, quod illa quæ absolute aliquâ perfectione exprimitur, creaturis sunt communicabilia, illa vero quæ exprimitur cum perfectione modum quo inveniuntur in Deo creaturæ, communicari non possunt, ut omnipotentia, summa sapientia, summa bonitas, & hmoi: & ideo patet quod quamuis summum bonum creaturis non communicetur, tamen providentia communicari potest.

AD QUARTVM dicendum, quod quævis institutio naturæ per quæ res corporales inclinant in finem, sit immediate a Deo, tamen earum motus & actio potest esse mediatis angelis: sicut etiam rationes seminales sunt in natura inferiori tantum a Deo, tamen per providentiam agricolæ adiuvantur, ut in actum exeant: unde sicut agricola gubernat pululationem agræ, ita per angelos omnis administratio creature corporalis administratur.

AD QUINTVM dicendum, quod naturalis providentiæ operatio dividitur contra voluntariam ab Augustino secundum considerationem proximorum principiorum operationis: quia alicuius operationis divinæ providentiæ subiacet proximum principium est natura, alicuius vero voluntas: sed remotum principium omnium est voluntas ad minus divina: unde ratio non procedit.

AD SEXTVM dicendum, quod sicut omnia corporalia divinæ providentiæ subiacent, & tamen dicitur ea esse de hominibus tantum propter specialem providentiæ modum, ita etiam quamuis omnia corporalia angelorum gubernationi sint subdita, quia tamen specialius ad hominum custodiam deputantur, hoc attribuitur animarum dignitati.

AD SEPTIMVM dicendum, quod sicut voluntas Dei gubernantis non est contra defectus qui in rebus sunt, sed permittit eos: ita etiam non est de voluntatibus angelorum, quæ divinæ voluntati conformantur perfecte.

Lib. 6. cap. 2.
& 1.

AD OCTAVVM dicendum, quod sicut dicit Avicenna in sua Metaphysica, nullus effectus potest remanere si auferatur id quod erat causa eius, inquantum hmoi: sed in causis inferioribus quædam sunt causa fiendi, quædam efficiendi, & dicitur causa fiendi quæ educit formam de potentia materie per motum, sicut faber est causa efficiens cultelli, causa vero efficiendi rei est illud, a quo esse rei dependet per se, sicut esse luminis in aere dependet a sole. Ablato ergo fabro cessat ipsum fieri cultelli, non autem esse eius, absente vero sole, cessat esse luminis, in aere: & similiter actione divina cessante, esse creaturæ omnino deficeret, cum Deus non sit solum causa fiendi rebus, sed etiam efficiendi.

AD NONVM dicendum, quod ista conditio non est in creatura possibilis, ut habeat esse sine aliquo conservante: hoc enim rationi creaturæ repugnat, quæ inquantum hmoi esse causatum habet, ac per hoc ab alio dependens.

AD X. dicendum, quod plura requiruntur ad actum secundum, quæ ad actum primum: & ideo non est inconveniens, ut aliquid sit causa alicuius, quantum ad motum & operationem, quod non sit causa eius quantum ad esse.

AD XI. dicendum, quod spiritualis creatura gubernat corporalem per influentiam motus, nec oportet propter hoc quod omnibus corporalibus coniungatur: sed eis solum quæ immediate moventur. Corporibus primis, nec eis coniunguntur ut formæ, sicut quidam posuerunt: sed sicut motores tantum.

AD XII. dicendum, quod divinæ providentiæ & bonitatis magnitudo magis manifestatur in hoc quod inferiora per superiora gubernant, quæ si omnia gubernaret immediate: quia secundum hoc quantum ad plura divinæ bonitatis perfectio creaturis communicatur, ut ex dictis patet.

In corp. art.

F AD XIII. dicendum, quod cum per alterum aliquid fieri dicitur, hæc præpositio per, importat causam operationis, sed cum operatio sit media inter operantem & operatum, potest importare causam operationis secundum quod terminatur ad operatum, & sic per instrumentum dicimus aliquid fieri, vel secundum quod exit ab operante, & sic dicitur aliquid fieri per formam agentis. non enim instrumentum est causa agentis, ut agat: sed forma agentis solum vel aliquis superior agens, instrumentum vero causa est operato quod actione agentis suscipitur. Cum ergo dicitur quod Deus per se solum euncta disponit, ly per, denotat causam dispositionis divinæ, secundum quod exit a Deo disponente, & sic per se solum dicitur disponere: quia nec ab alio superiori disponente movetur, nec per formam extraneam, quæ non sit ipse disponit, sed per propriam bonitatem.

ARTICVLVS IX.

Utrum divina providentia corpora inferiora disponat per corpora caelestia.

NONO queritur, utrum divina providentia disponat corpora inferiora per corpora caelestia. Et videtur quod non, quia ut dicit Damascenus in libro de divinis nominibus, quoniam ipsa scilicet superiora corpora non sunt causa alicuius eorum, quæ sunt, neque corruptionis eorum, quæ corrumpuntur, ergo sic hæc inferiora sunt generabilia & corruptibilia, non disponuntur per superiora corpora. sed dicendum, quod dicuntur non esse causa horum, quia non inducunt in his inferioribus necessitatem.

¶ 2. Sed contra, si effectus corporis caelestis impeditur in his inferioribus, hoc non potest esse nisi per aliquam dispositionem in his inuentam. sed hæc inferiora per illa superiora gubernantur, oportet etiam illam dispositionem impedire in aliquo virtutem corporis caelestis reducere, ergo impeditur non potest esse in his inferioribus, nisi per virtutem gentiam superiorum: & ita si superiora habent necessitatem in suis motibus etiam in inferioribus necessitatem inducent, si a superioribus gubernentur.

¶ 3. Præterea ad completionem alicuius actionis sufficit agens & patiens: sed in istis inferioribus manentur virtutes actiue naturales, & etiam passivæ, ergo ad eorum actiones non exigitur virtus corporis caelestis, ergo non disponuntur mediatis corporibus caelestibus.

¶ 4. Præterea Augustinus dicit quod in rebus inveniuntur aliqui actum & non agens, sicut sunt corporalia, aliqui vero agens & non actum, sicut Deus, aliqui vero agens & actum, sicut spirituales substantiæ: sed caelestia corpora sunt corpora pura, ergo non habent virtutem agendi in hæc inferiora, & sic inferiora mediatis non disponuntur.

¶ 5. Præterea si corpus caeleste agit aliquid in hæc inferiora, aut agit inquantum est corpus per formam corporalem, aut per aliquid aliud: non inquantum est corpus, quia sic agere culbet corpori commoveret, quod non videtur secundum Augustinum, ergo agunt, agunt per aliquid aliud, & sic illi in corpora virtuti debet attribui actio: & sic idem quod prius.

¶ 6. Præterea quod non convenit priori, non convenit posteriori: sed sicut Commentator dicit in libro de substantia orbis formæ corporales presupponunt dimensiones interminatas in materia, dimensiones autem non agunt: quia quantitas nullius actionis principium est, ergo nec corporales formæ sunt principia actionum: & sic nullum corpus agit, nisi per virtutem in corpo-

in corporale in eo existentē, & sic idē, quod prius. ¶ 7 Præt. In libro de Causis, super illa propositione, omnis aīa nobilis tres habet operationes, dicit Commentator, quod anima agit in naturam cum divina virtute, quæ est in ea: sed anima est multo nobilior, quam corpus. ergo nec corpus potest aliquid agere, nisi per aliquam divinam virtutem in eo existentem, & sic idem, quod prius.

¶ 8 Præt. Illud qd est simplicius, non movetur ab eo, qd est minus simplex: sed rōnes feminales, quæ sunt in materia inferiorum corporum sunt simpliciores, quam virtus corporalis ipsius cœli: quia virtus illa est extēsa in materia, quod de rōnibus seminalibus dici non pōt. ergo rōnes feminales inferiorum corporum non possunt moveri p virtutē corporis cœlestis, & ita nō gubernantur hæc inferiora in suis motibus per corpora cœlestia.

¶ 9 Præt. Aug. in lib. de Civit. Dei dicit, nihil tam ad corpus pertinet, quam ipse corporis sexus: & tamē sub eadē positione siderum diuersi sexus in geminis cōcipi possunt. ergo p superiora corpora inferiora influxum non habent, & sic idem, quod prius.

¶ 10 Præt. Causa prima plus in fluit in causatū cause secunde, quam etiam causa secunda, vt dicit in principio de Causis: sed si inferiora corpora per superiora disponuntur, tunc virtutes superiorum corporum erunt sicut cause primæ respectu inferiorū virtutum, quæ erunt sicut cause secunde. ergo effectus in his inferioribus cōtingentes magis dispositionē corporum cœlestium sequentur quam virtutem corporum inferiorum: sed in illis inuenitur necessitas: quia semper eodem modo se habent. ergo, & effectus inferiores necessarij erunt: hoc autem est falsum. ergo & primum, scilicet quod inferiora corpora per superiora disponantur.

¶ 11 Præt. Motus cœli est naturalis, vt in primo Cœli, & mundi dī, & ita non videt, esse voluntarius relectius, & ita quæ per ipsum causantur, nō causantur ex electione, & ita non subdētur prouidētī: sed incōueniens est inferiora corpora non gubernari prouidētīa. ergo inconueniens est, qd corporum superiorum motus sit causa inferiorum.

¶ 12 Præt. Posita causa ponit effectus. ergo esse cause est sicut antecedens ad esse effectus: sed si antecedens est necessarium, & cōsequens est necessarium, ergo si causa est necessaria, & effectus: sed effectus q in inferioribus accidit, nō sunt necessarij, sed cōtingentes. ergo non causant a motu cœli, q est necessarius cum sit naturalis, & sic idem, quod prius.

¶ 13 Præt. Id, propter qd fit aliud, est eo nobilior: sed omnia facta sunt propter hominem etiam corpora cœlestia, vt dicitur Deut. 4. ne forte eleuatis oculis ad cœlum videas &c. quæ creauit in ministrum &c. ergo homo est dignior corporibus cœlestibus: sed vilior non influit in nobilior ergo corpora cœlestia non influit in corpus humanum, & eadem ratione, nec in alia corpora, quæ sunt priora humano corpore sicut sunt elementa. sed dicendum quod homo est nobilior corporibus cœlestibus, quantum ad animam, non quantum ad corpus.

¶ 14 Sed cōtra, Nobilioris perfectibilis nobilior est perfectio: sed corpus hominis habet nobiliorē perfectionē, quā corpus cœli. forma. n. cœli est pure corporalis, quæ rōnalis anima est multo nobilior. ergo & corpus humanum est nobilior corpore cœlesti.

¶ 15 Præt. Cōtrariū nō est causa sui cōtrarij: sed virtus corporis cœlestis quādoq; cōtrariā effectibus

A in istis inferioribus inducendis, sicut corpus cœlestē quādo ad humiditatē mouet, tunc mediens incedit digerere materiā deficcādo ad sanitatē inducendā, quā ēt quādoq; inducit existēte corpore cœlesti in cōtraria dispositione. ergo corpora cœlestia nō sūt causa effectuum corporalium in his inferioribus.

¶ 16 Præt. Cum omnis actio sit per contactum, quod non tangit non agit: sed corpora cœlestia non tangunt ista inferiora. ergo non agunt in ea, & sic idem quod prius. sed dicendum, quod corpora cœlestia tangunt, sed per medium.

¶ 17 Sed contra, Quādo cūq; est cōtactus & actio p mediū, oportet quod mediū prius recipiat effectū agētis quā vltimum, sicut ignis citius calefacit aerē, quā nos: sed effectus solis & stellarū non pōt recipi in orbibus inferioribus: quia sunt de natura quintæ essentia, & ita nō sunt susceptiua caloris, aut frigiditatis, aut aliarū dispōnū, quæ in his inferioribus inueniuntur. ergo non pōt eis mediantibus a superioribus corporibus in hæc inferiora actio prouenire.

¶ 18 Præt. Ei quod est medium, prouidētīa prouidētīa cōmunicatur: sed prouidētīa non potest cōicari corporibus cœlestibus cum ratione careant. ergo non possunt esse medium in prouisione rerum.

Sed contra est, quod August. dicit 3. de Trin. corpora infirmiora, & crassiora & inferiora p subtiliora & potentiora quodam ordine reguntur: sed corpora cœlestia subtiliora sunt & potentiora quā hæc inferiora. ergo hæc reguntur per illa.

¶ 2 Præt. Dionys. dicit 8. c. de diuin. nomi. quod radius solaris generationi visibilium corporum confert, & ad vitam ipsam mouet & nutrit & auget. Hi autem sunt nobiliores effectus in istis inferioribus. ergo & omnes alij effectus educuntur a diuina prouidētīa mediantibus corporibus cœlestibus.

¶ 3 Præt. Secundum Philoſin 2. Metaph. illud quod est primum in aliquo genere, est causa illorum, que sunt post in illo genere: sed corpora cœlestia sunt prima in genere corporum, & motus eorum sunt primi inter motus alios corporales. ergo sūt causa corporalium que hic aguntur, & sic idem qd prius.

¶ 4 Præt. Philoſin 2. de Generatione dicit, quod latitudo solis in circulo decliui est cā gnationis & corruptionis in his inferioribus, vnde & gnationes & corruptiones mēsurantur p motum prædictum. In lib. de aīalibus dicit, quod oēs diuersitates q sunt in conceptionibus, sunt ex corporibus cœlestibus, ergo eis mediantibus hæc inferiora disponuntur.

¶ 5 Præt. Rabi Moyses dicit quod cœlum est in mundo, sicut cor in animali: sed omnia alia mēbra gubernantur ab animali mediante corde. ergo omnia alia corpora gubernantur a Deo mediante cœlio.

RESPON. Dicendum, quod communis intentio omnium fuit reducere multitudinem in vnitatē, & varietatē in vniſormitatē secundum quod possibile est. Et iō antiq; cōsiderātes diuersitatē actionum in istis inferioribus, reputauerūt ea reducere in aliqua principia pauciora & simpliciora, sicut elementa, aut multa, aut vnum, & in qualitates elementares: sed ista positio nō est rōnabilis. Qualitates. n. elementares inueniuntur se habere in actionibus rerum naturalium, sicut instrumentalia principia. Cuius signū est, quod non eundem modum actionis habent in omnibus, nec ad eundem terminū perueniunt actiones ipsarum: alium enim effectum habent in auro, alium in ligno, vel carne animalis, quod non esset nisi agerēt inquantū sunt ab alio regulata: actio autem

Propos. 1. in 2. inter opera Arist.

Lib. 6. de anima.

Propos. 1. in 2. inter opera Arist.

Ca. 1. de generatione.

Cap. 4. to. 3.

Ca. 9. de diuin. nomi. 2. medio illius

Ca. 4. to. 1.

Ca. 56. to. 2.

tem principalis agētis non reducitur, sicut in principiū in actionē instrumēti, sed potius eōuerso: sicut effectus artis nō dēt attribui ferræ artificis: vnde & effectus naturales nō pnt reduci in qualitates elementares: sicut in prima principia. Vnde & alij. Platonici reducerūt in formas simplices & separatas, sicut in prima principia, ex quibus. vt dicebāt, erat esse & generatio in istis inferioribus, & oīs proprietates naturalis: sed hoc non pōt stare. A causa enim eodē modo se habere est effectus eodem modo se habens: forma autē illa ponebantur esse immobiles: vnde oporteret vt semper generatio ab eis esset vniformiter in istis inferioribus, triū tñ videmus ad sensum. Vnde oportet ponere principia generationis, & corruptionis, & aliorum motuum consequentium in his inferioribus esse aliqua, quæ non semper eodem modo se habeant: oportet ea tamē semp manere prima principia generationis & corruptionis, vt generatio continua esse possit. & ideo oportet ea inuariabilia esse secundum substantiam, moueri autē secundum locum: vt per accessum & recessum & motus varios & triū contrarij & diuersi effectus fiant in his inferioribus: & hmoi sunt corpora cœlestia: & ideo oēs effectus oportet reducere in ea, sicut in causas. sed in hac reductione duplex error fuit, qdam enim inferiora in corpora cœlestia reducerunt, sicut in causas simpliciter primas, eo quod nullas substantias incorporeas arbitrabatur, vnde priora in corporibus dicebāt eē priora in entibus: sed hoc manifeste apparet eē falsum. Oē enim quod mouetur oportet in immobile principium reduci, cum nihil a seipso moueatur, & nō sit abire in infinitum: corpus autē cœlestē, quibus nō varietur fm generationē & corruptionē, aut fm aliquid motum q̄ variet aliquid quod insit substantiæ eius, mouetur tamē secundum locum: vnde oportet in aliquod primum principium reductionē fieri: vt sic ea, quæ alterantur quodā ordine reducuntur in alterans nō alteratum: motum tñ fm locum, & vterius in id quod nullo modo mouetur. Quidam vero posuerunt corpora cœlestia esse causas istorū inferiorum nō solum quantum ad motum, sed etiā quantum ad primā eorum institutionē, sicut Auic. dicit in sua Metaphyl. quod ex eo quod est cōe oībus corporibus cœlestibus, in natura motus circularis, causatur in his inferioribus. id quod est eis cōmune, sicut materia prima, & ex his quibus corpora cœlestia differunt abinuiçē causatur diuersitas formarum in his inferioribus: vt sic cœlestia corpora sint media inter Deum & ista corpora inferiora etiā in via creationis quodāmodo. sed hoc alienū est a fide, q̄ ponit naturā oīum immediate a Deo eē cōdi tam fm primā institutionē. Vnā autē naturā moueri ab altera p̄suppositis virtutibus naturalibus vtriq; creature ex diuino opere attributis nō est cōtra fidē: & iō ponimus corpora cœlestia eē cām inferiorum p̄ viam motus tātum, & sic esse media in opere gubernationis, non autem in opere creationis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Damasc. intendit a corporibus cœlestibus excludere respectu horum inferiorum causalitatem primā, vel et inducentē necessitatē: corpora autē cœlestia & si semp eodē modo agant, eorum tamen effectus recipitur in inferioribus secundum modum inferiorum corporum: q̄ in contrarijs dispōnibus frequenter inueniuntur: vnde virtutes cœlestes non semper inducunt effectus suos in istis inferioribus p̄pter cōtra-

rias dispositiones impediētēs: & hoc est, qd̄ Philo. dicit in lib. de Sōno, & vigilia, qd̄ frequenter sunt signa imbrium, & ventorum: quæ tamen non eueniunt propter contrarias dispositiones fortiores.

AD SECVNDVM dicendum, qd̄ dispositiones istæ, q̄ cōtrariatur cœlesti virtuti nō sunt ex prima institutione causatæ a corpore cœlesti: sed ex diuina operatione p̄ quā ignis est calidus effectus, & aqua frigida, & sic de alijs: & sic nō oportet omnia impediēta huiusmodi in causas cœlestes reducere.

AD TERTIVM dicendum, qd̄ virtutes actiue in his inferioribus sunt instrumētales tñ: vnde sicut instrumentum non mouet, nisi motum a principio motore, & agere, ita nec virtutes inferiores agere possunt, nisi mota a corporibus cœlestibus.

AD QVARTVM dicendum, qd̄ illa obiectio tangit quandā opinionem quæ habetur in lib. Fontis, quæ ponit quod nullū corpus ex virtute corporali agit, sed quantitas quæ in materia est, impedit formā ab actione, & quod omnis actio, quæ attribuitur corpori, est alicuius virtutis spiritalis operantis in ipso corpore. Et hanc opinionē Rabbi Moyses dicit esse loquentium in lege Maurorum: dicunt, quod ignis non calefacit, sed Deus igne: sed hæc positio stulta est, eū auferat rebus omnibus naturales operationes, & cōtrariatur dicis Philosophorū & sanctorū, vnde dicimus, qd̄ licet corpora primam corporealem agant, nihilominus tamen Deus operatur in omnibus rebus, sicut causa prima operatur in causa secunda. qd̄ autē inducitur, qd̄ corpora tñ aguntur, & non agunt, debet intelligi secundum hoc, quod illud dicitur agere, quod habet dominium super actionem suā, fm quem modū loquendi dicit Damasc. quod animalia bruta nō agunt, sed aguntur: per hoc tamen non excluduntur, quæ agāt fm, qd̄ agere est aliqua actionem exercere.

AD QVINTVM dicendū, qd̄ agēs semper est diuersum, vel cōtrariū patienti, vt dicitur in Generatione, & ideo corpori non cōpetit agere in alio corpore fm hoc, quod habet cōmune cum eo: sed fm id, quod ab eo distinguitur, & ideo corpus non agit in quantum est corpus, sed in quantum est tale corpus, sicut etiam animal non rōcinatur in quantum est animal: sed in quantum est homo: & similiter ignis non calefacit in quantum est ignis, sed in quantum est calidus: & similiter est de corpore cœlesti.

AD SEXTVM dicendū, qd̄ dimensiones præintelliguntur in materia, non in actu completo ante formas naturales, sed in actu incompleto, & iō sunt prius in via generationis: sed forma est prior in complemento, secundum hoc autem aliquid agens, completum est ens in actu, non fm quod est in potentia. secundum hoc enim patitur, & ideo nō sequitur, quod si materia, vel dimensiones in materia præexistentes non agunt, quod forma non agit: sed e converso: sequeretur autem, qd̄ si non patitur, quod forma nō patiatur: & tamen forma corporis cœlestis non inest ei mediantribus huiusmodi dimensionibus, vt Commentator dicit ibidem.

AD SEPTIMVM dicendū, qd̄ ordo effectuum dicitur respondere ordini causarum: in causis autē fm andōrem ilius libri talis ordo inuenitur, quod primum est causa prima, scilicet Deus: fm intelligentia: tertium vero anima: vnde & primus effectus, q̄ est effectus proprie attribuitur causæ primæ, & secundus q̄ est cognoscere attribuitur intelligentiæ, & tertius q̄ est mouere attribuitur animæ: sed tamen causa secunda

Lib. 9. c. 5.

semper agit in virtute causæ primæ, & sic habet aliqd de operatione eius, sicut etiam inferiores orbis habent aliqd de motu primi orbis. vnde & intelligētia sū ipsū non solum intelligit, sed etiam dat esse, & aia quæ est effecta ab intelligētia sū eum nō solum mouet, quod est actio animalis, sed etiam intelligit, quod est actio intellectualis, & dat quod est actio diuina, & hoc dico de anima nobili, quam intelligit ille esse animam corporis cœlestis, vel quālibet aliā rōnalem animam. Sic ergo non oportet, quod sola virtus diuina immediate moueat: sed etiā causæ inferiores p virtutes proprias sū, quod participant virtutem superiorum causarum.

AD OCTAVVM dicendū, q̄ sū August. rōnes feminales dicunt̄ oēs vires actiue, & passiue creaturis a Deo collatæ, quibus mediātibus naturalis effectus in esse producit: vñ ipse dicit in 3. de Trinitate q̄ sicut matres grāuide sūnt foetibus, sic ipse mundus grāuidus est causis natecentium, exponens q̄ supra de rōnibus feminalibus dixerat, quas etiā vires, & facultates rebus distributas nominauerat. vñ de inter has rationes feminales continent̄ etiā virtutes actiue corporum cœlestiū, q̄ sūnt nobiliores virtutibus actiuis inferiorū corporū, & ita possunt eas mouere, & dicunt̄ rōnes feminales in quantum in causis actiuis sūnt omnes effectus originaliter sicut in quibusdā feminibus. Si tamen intelligātur rationes feminales in choationes formati, quæ sūnt in materia prima sū, quod est in potentia ad oēs formas, vt quidam volunt, quāuis non multum conueniat dictis Aug. tamē potest dici, quod earū simplicitas est propter earum imperfectionē: sicut & materia prima est simplex, & ideo ex hoc nō habet, q̄d non moueantur: sicut nec materia prima.

AD NONVM dicendū, q̄ oportet sexum diuersitate ad vires cœlestes reducere. omne n. agens intendit assimilare sibi patiens, sū quod potest. vnde vis actiua, quæ est in semine maris, intendit conceptū semper ducere ad sexum masculinum, qui perfectior est: vnde sexus femineus accidit prater intentionem naturæ particularis agentis. Nisi ergo esset aliqua virtus, quæ intenderet foemineum sexum, generatio foeminae esset omnino a casu, sicut & aliorum monstrorum. & ideo dicitur, quod quāuis sit prater intentionem naturæ particularis rōne cuius femina dicitur mas occasio natus: tamen est de intentione naturæ vniuersalis, quæ est vis corporis cœlestis, vt Auic. dicit: sed potest esse impedimentum ex materia, quod neq; virtus cœlestis, neq; particularis cōsequitur effectum suum, productionē. s. masculini sexus. vnde quandoq; foemina generatur etiam existente dispositione in corpore cœlesti ad contrarium, pp materiæ indispositionem, vel eōtrario generabitur sexus masculinus contra dispositionē cœlestis corporis, propter particularis virtutis victoriā super materiā. Contingit ergo, quod in conceptione geminorum operatione naturæ materia separatur, cuius vna pars magis obedit virtuti agenti, quā altera propter alterius indigentia, & ideo in vna parte generatur sexus masculinus in altera femineus: siue corp⁹ cœleste disponat ad vnū siue ad alterum, magis tñ hoc pōt accidere, quando corpus cœleste disponit ad foemineum sexum.

AD X. dicendū, q̄ causa primaria plus dicitur influere quā secunda, in quantum eius effectus est intimior, & pmanentiōr in causato, quā effectus causæ secundæ: tamē magis similitur causæ secundæ, quia

per eam determinatur quodammodo actus primæ causæ ad hunc effectum.

AD XI. dicendū, quod quāuis motus cœlestis secundum quod est actus corporis mobilis nō sit actus voluntarius: secundum tamen quod est actus mouentis est voluntarius, id est ab aliqua voluntate causatus, & secundum hoc ea quæ ex motu illo causantur, sūb providentia cadere possunt.

AD XII. dicendū, quod effectus non sequitur ex causa prima, nisi posita causa secunda: vnde necessitas causæ primæ non inducit necessitatem in effectu, nisi posita necessitate in causa secunda.

AD XIII. dicendū, quod corpus cœleste non est factum propter hominem, sicut propter principalem finem: sed finis principalis eius est bonitas diuina. Et iterū quod homo sit nobilior cœlesti corpore, non est ex natura corporis: sed ex natura animæ rationalis, & preterea dato quod etiam corpus hominis esset simpliciter nobilior, quam corpus cœleste: nihil prohibet tamen corpus cœli secundum aliqd nobilitatis esse humano corpore, in quantum scilicet habet virtutem actiuam hoc autē passiuam, & sic poterit agere in ipsum: & sic etiā ignis in quantum est actu calidum agit in corpus humanum, in quantum est calidum potentia.

AD XIV. dicendū, quod aia rōnalis, & est substantia quædā, & est corporis actus: in quantum ergo est substantia, est nobilior forma cœlesti, nō autem in quantum est corporis actus. vel potest dici quod aia est perfectio corporis humani, & vt forma, & vt motor: corpus autem cœleste, quia perfectum est, non requirit aliam substantiam spiritualem quæ p ficiat ipsum, vt forma: sed quæ p ficiat ipsum, vt motor tantum, & hæc pfectio secundum naturā nobilior est, quam anima humana. Quis etiā quidam sū fuerunt motores orbium coniuictos esse formis eorum, quod sub dubio ab Augustino relinquuntur super Gen. ad literam. Hieron. y. etiam asserere videtur Eccl. 1. super illud, Lustans vniuersa in circuitu & c. gl. spiritum solem nominauit, quod sicut animal spiret & vigeat: Damasc. tamen in 2. lib. dicit contrarium, nullus inq; animatos cœlos uel luminaria existimet: inanimati enim sūnt & insensibiles.

AD XV. dicendū, q̄ actio est contrarij, quod repugnat virtuti actiue alicuius corporis cœlestis habet eam in cœlo. per motum enim primum ponitur a Philosophis quod cōseruātur res inferiores in suis actionibus: & ita illud contrarium quod agit impediendo effectum alicuius corporis cœlestis, utpote calidum, quod impedit humectationē lunæ, habet etiam aliquam causam cœlestem, & sic etiā sanitas quæ consequitur, non omnino contrariatur actioni corporis cœlestis: sed habet aliquam radicem.

AD XVI. dicendū, quod corpora cœlestia t̄gant inferiora, sed non tanguntur ab eis, ut dicitur in 1. de Generat. nec quodlibet eorum t̄agit quodlibet istorum immediate: sed per medium, ut dicebatur.

AD XVII. dicendū, quod actio agētis recipitur in medio p modum mediij, & ideo quādoq; alio modo recipitur in medio quam in ultimo, sicut virtus magnetis attrahentis ferrū defertur ad ferrū p medium aerē, q̄ non attrahitur, & virtus piscis stupefacientis manum defertur ad manum mediante reti, quod non stupefacit, ut dicit Comen. in 8. Phys. corpora autem cœlestia habet quidem oēs qualitates existētes in his inferioribus suo modo. s. originaliter & nō put sūnt in his. vnde & actiones supremorum

Lib. 2. super Gene. c. 14. & in Ench. c. 18. Hier. super illud, vadit ad austrū & girat. tom. 7. Damasc. li. 2. c. 6. circa ff.

Ex cō. 45. & 53. tom. 2.

Com. 37.

Aug. de Trinitate 3. circa 7. tom. 1.

Lib. 2. super Gen. c. 14.

rum corporum non recipiuntur in medijs orbibus. ut altarentur sicut hæc inferiora.

AD XVIII. dicendum, quod hæc inferiora gubernantur a diuina providentia per superiora corpora: non ita quod diuina providentia illis corporibus comunicetur: sed quia efficiuntur diuina providentia instrumenta: sicut ars non comunicatur martello, qui est instrumentum artis.

ARTICVLVS X.

Vtrum humani actus a diuina providentia gubernentur medijs corporibus celestibus.

20. q. 22. artic. 3. Et q. 215. art. 4. Li. 2. ortho. fidei, ca. 7. a medio.

DECIMO quæritur, vtrum humani actus gubernentur a diuina providentia medijs corporibus celestibus. Et videtur quod sic. dicit enim Damasc. quod corpora celestia constituunt in nobis habitus & complexiones, & dispositiones: sed habitus & dispositiones pertinent ad intellectum & voluntatem, quæ sunt principia horum actuum. ergo humani actus medijs corporibus celestibus disponuntur a Deo.

¶ 2. Præ. Dicitur in sex principijs, quod anima coniuncta corpori complexionem corporis imitatur: sed corpora celestia imprimunt in complexionem humani corporis. ergo & in ipsam animam, & ita possunt esse causa humanorum actuum.

¶ 3. Præ. Omne illud quod agit in prius, agit in posterius: sed essentia animæ est prius quam eius potentia, scilicet voluntas & intellectus, cum ex essentia animæ orientur. Cum igitur corpora celestia imprimant in ipsam essentiam animæ rationalis, imprimunt enim in eam secundum quod est corporis actus, quod ei per essentiam suam conuenit, videtur quod corpora celestia imprimant in intellectum & voluntatem, & sic sunt principia horum actuum.

¶ 4. Præ. Instrumentum non solum agit in virtute propria, sed etiam in virtute principalis agentis: sed corpus cæli cum sit mouens motum, est instrumentum spiritualis substantiæ mouentis, & motus eius non solum est actus corporis moti: sed actus spiritus mouentis. ergo motus eius non solum agit in virtute corporis moti: sed etiam in virtute spiritus mouentis: sed sicut corpus illud cæleste præeminet humano corpori, ita spiritus ille præeminet spiritui humano. ergo sicut motus ille imprimat in corpus humanum, ita imprimat in animam humanam: & ita videtur quod corpora celestia sint principia horum actuum.

¶ 5. Præ. Experimentaliter inuenitur aliquos hoïes a sua natiuitate esse dispositos ad discenda vel exercenda aliqua artificia, quidam ad hoc quod sint fabri, quidam quod sint medici, & sic de alijs: nec hoc potest reduci, sicut in cæm, in principia proximi agentis: quia quæ nati inueniuntur dispositi ad quædam, ad quæ parêtes non inclinabantur. ergo oportet quod hæc diuersitas dispositionum reducatur, sicut in cæm, in corpora celestia. nec potest dici quod huiusmodi dispositiones sint in animabus, medijs corporibus proprijs corporibus: quia ad huiusmodi inclinationes nihil operantur corporeæ qualitates, sicut operantur ad iram & gaudium, & huiusmodi animæ passionibus. ergo corpora celestia immediate, & directe in animas humanas imprimunt: & ita humani actus medijs corporibus celestibus disponuntur.

¶ 6. Præ. In humanis actibus isti videtur ceteris præeminere. regnare, regere bella. & huiusmodi: sed sicut dicit Isaac i. li. i. de Definitionib. Deus fecit regna-

re orbem super regna, & bella. ergo multo fortius alij humani actus, medijs corporibus celestibus disponuntur.

¶ 8. Præ. Facilius est transformare partem quam totum: sed ex virtute corporum celestium quodque mouetur rota multitudo vnius provincie ad bellandum, ut Philosophi dicunt. ergo multo fortius virtute corporum celestium commouet aliquis homo particularis.

SED CONTRA est, quod dicit Dam. in 2. lib. Nostorum actuum nequaquam sunt causa. f. corpora celestia: nos enim liberi arbitrij a conditore facti sumus, domini nostrorum exultimus actuum.

¶ 2. Præ. Ad hoc etiam est, quod Aug. determinat in 5. de ciuita. Dei. & in fine super Gene. ad litteram. & quod Greg. determinat in Homilia Epiphane.

RESPON. Dicendum, quod ad huiusmodi questionem veritatem oportet scire, qui dicuntur actus humani. dicuntur enim illi proprie actus humani, quoniam ipse homo est dominus: est autem homo dominus suorum actuum per voluntatem, seu per liberi arbitrium. vnde circa actus voluntatis, & liberi arbitrij ista quæstio versatur. actus enim aliqui sunt in homine non subiacentes imperio voluntatis, sicut actus nutritiui, & generatiui potentia, & huiusmodi actus eodem modo subiacent virtutibus celestibus, sicut & alij corporales actus. De actibus humanis vero prædictis fuit error multiplex, quidam enim posuerunt actus humanos ad diuinam providentiam non pertinere, nec reduci in aliquam causam nisi in providentiam nostram, & huiusmodi positionem videtur fuisse Tullius, ut dicit Augustinus 5. de Ciuita. Dei. sed istud non potest esse. voluntas enim mouens motum, ut in 3. de anima probatur, vnde oportet eius actum reducere in aliquod primum principium, quod est mouens non motum. & ideo quidem omnes actus voluntatis reduceruntur in corpora celestia, ponentes sensum, & intellectum in eis: non his, & per consequens omnes virtutes animæ corporales esse, & ita adionibus corporum celestium subiecta. sed hanc positionem Philosophus destruit in 3. de anima ostendens quod intellectus est vis immaterialis, & actio eius non est corporalis: sed sicut dicitur in 1. de animalibus, quorum principiorum actiones sunt sine corpore, ipsa principia sunt sine corpore. vnde non potest esse, quod actiones intellectus, & voluntatis per se loquendo in aliqua principia materialia reducuntur. & ideo Auicenna ponit in sua Meta. quod sicut homo compositus est ex anima, & corpore, ita & corpus celeste, & sicut actiones corporis humani, & motus reduceruntur in corpora celestia: ita actiones animæ omnes reduceruntur in aëres celestes, sicut in principia: ita quod omnis voluntas, quæ est in nobis, cauatur a voluntate animæ celestis, & istud potest esse conueniens secundum opinionem suam, quam habet de fine hominis, quem ponit esse in coniunctione animæ in materia ad animam celestem, vel ad intelligentiam. cum enim perfectio voluntatis sit finis, & bonum, quod est obiectum eius, sicut visibile est obiectum visus, oportet quod illud, quod agit in voluntatem, habeat etiam rationem finis: quia non agit efficiens, nisi secundum quod imprimat in susceptibili formam eius. Secundum autem sententiam fidei ipse Deus immediate est finis humanæ vitæ: eius. n. visione perfruente beatificatur, & ideo ipse solus imprimere potest in voluntatem nostram. Oportet autem ordinem mobilium respondere ordini mouentium: in ordine autem ad finem, quem providentia respicit, primum in nobis inuenitur.